



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Regulæ Emptoris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

EMPTORIS.

Quomodo I
emat.



Illigens sit in emendis ijs, quæ ad quotidianum vsu Superioris arbitrio, domum, comportanda sunt, eaque tempestiue Dispensatori tradat : emat autem res bonas,

& quam commodissimo pretio poterit, licet longius sint petendæ.

Pecuniæ acceptæ, & expensæ rationē quotidie reddat.

2 Adnotet pecuniæ summam, quam à Procuratore in dies accipiet, & quas in res eam expendet; & rationem ei quotidie reddat dati, & accepti: quid autem sequenti die empturus sit, à Ministro intelliget.

Curer ædificationem.

3 Curet quantum poterit, eos quibus cum aget, discretionem, ac modestia ædificare, & quatenus eius officium decet, religiosis verbis in spiritu iuuare.

RE-